



Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaе, 1661

5 Per restes binos præsul convincitur aptos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

403
merito dubitatur propter sacrificium xelotypia, & illud Gregorius
a. [Si vir, qui frigida natura est dicitur, per verum iudicium
probare poterit uxorem suam nunquam se cognovisse, separetur
ab ea.]

C. XXI.

In libro namq. Numerorum b. legitur Dominum præcepisse c.
Moysi, ut loqueretur filiis Israel, & diceret eis [Vir, cuius uxor
erit, maritum, continentem dormierit cum altero viro, & id
maritus deprehendere nequeat, sed latet adulterium, & testibus
argui non potest, quia non est inventa in furore, si spiritus xelo-
typia concitaverit virum contra uxorem suam, quæ vel polluta est,
vel falsa suspitione appetitur, adducet eam ad sacerdotem, & offeret
ablutionem pro illa decimanam partem fari farinæ hordeacea: non
fundet super eam oleum, nec imponet thui: quia sacrificium xelo-
typia est, & ablatio investigationis adulterium. Offeret igitur eam
sacerdos, & staret coram Domino, assuesq. aquam sanctam in
vasc. filit, & paucillum terra de pavimento tabernaculi mittet in
eam. Cumq. steterit mulier in conspectu Domini, discooperiet ca-
pit ejus, & ponet super manus illius sacrificium recordationis, &
ablutionem xelotypia. Ipse autem tenuit aqua amarissimas, in
quibus cum excreta maledicta congesta, adhibebit, eam, & di-
cet: si non dormivisti viri alieni tecum, & si non polluta es defor-
mari thoro, non nocent tibi aqua ista amarissima, in qua ma-
ledicta congesta. Si autem declinasti à viro tuo, atq. polluta es, &
concubisti cum altero viro, hu. maledictionibus subiacet: dat te
Dominus in maledictionem, & exemplum civitatum in populo suo:
putrescat faciat tuum femur, & tumens uterus tuus, & utero transien-
te putrescat femur tuum. Et respondit mulier, amen, amen.
Scribens, sacerdos ista maledicta in libro, & dabit ei videre: quia cum
exhausserit, tollit sacerdos de manu ejus sacrificium xelotypia, &
elevabit illud coram Domino, imponens illud super altare: ita duni-
taxat, ut primum pagillum sacrificii tollat de eo quod offertur, & inen-
taxat super altare, & sic per omnes dies mulieris aqua amarissimas. Quas
cum bibierit, si polluta est, & contempto viro adulterii rea, pertran-
seat non aqua maledictionis, & infuso ventre computrescat fe-
mur, eritq. mulier in maledictionem, & in exemplum omni popu-
lo. Maritus vero absque culpa erit, & illa recipiet iniquitatem
suam. Quod si polluta non fuerit, innocens erit, & faciet liberam.

4. pars. Sed qualibet huiusmodi purgatio videtur esse inhi-
bita, cum in præmissa auctoritate Stephani Papa dicitur [Spontanea
confessione, &c.]

Capit. hinc in vulgatis erat præpositum nomen Palla: sed in
omnibus, qua cellata sunt, manuscriptis habetur sine ulla nomine
palla, & quidem consensum cum præcedenti capite. Accertit ver-
ficulus, Sed qualibet videtur indicare locum hunc Numerorum
ab ipso Gratiano recitatum fuisse.

1. ¶ Maritus verò] Hæc usque ad vers. quod si, sunt hæc
transposita ex extremo ejusdem quatuor capituli Numerorum.

C. XXII. ¶ In novo testamento, monomachia
non recipitur.

Item ex decreto Nicolai Papæ.

Monomachiam d. verò in legem non assumimus, quam
præceptam fuisse non reperimus: quia licet quos-
dam misisse legimus, sicut sanctum David & Goliath
sacra prodigia litoria, & nusquam tamen, ut pro lege te-
neatur, alicui divina sanxit auctoritas: cum hoc, &
huiusmodi sectantes, Deum solummodo tentare vide-
antur.

¶ Epistola scripta Carolo Regi patris Lotharii, (ex qua ca-
pit hoc est acceptum) extat Roma in codice sapi citato mona-
sterii Dominicani. In qua inter alia refertur, Lotharium, cum
sare vellet an Theuperga fræ Thierberga (ut vocat Rhegino)
ipsius uxore adulterium parasset, voluisse duos homines mono-
machiam committere: ita ut si ille, qui pariet Theuperga, tu-

a. 3. g. i. c. 2. b. al. Numeri. c. Num. 2. d. Bure.
l. g. c. 1. l. v. p. 2. c. 17. e. 1. Reg. 10.

retur, caderet, ipsa plant adulterii convicta confiteretur. Hæc, vel
deprehendit Nicolaus, doceri hanc non esse legitimam rationem
probandi crimina. (quoniam in Longobardis constitutionibus, &
in Capitularibus habetur) sed potius nihil aliud esse, quam lo-
tentare. Addit verò denegatum fuisse a Lothario Theuperga
siam purgationem, hu. verbum, sed de adulterio illa coram mi-
si nostri præsentia purgare se voluit, sed ipse non amittit.
Totam hanc historiam describit Rhegino lib. 2. Chronicon. Lo-
tharius verò ostenditur rubricam huius capituli apud Gratianum non
esse generalem, quippe cum Nicolaus hoc tantum velit demonstrare,
non esse utendum monomachia ad purgationem.

5. pars. Contra in concilio Vormaciensi, c. 9.

C. XXIII. ¶ Si furta in monasterio sunt, iudicium
monachi se expurgent.

Sapè a contingit, ut in monasteriis furta perpetren-
tur, & qui hæc committunt, ignorentur. Ideo sta-
tuimus, ut quando ipsi fratres de talibus se expurga-
verint, & Missa ab abbate celebratur, vel ab aliquo
cui ipse abbas preceperit, presentibus fratribus, & si ex-
pleta 1. Missa omnes communicent in hac verba: Co-
pus Domini sit mihi ad probationem hodie.

¶ Sic expleta] In hoc capite addita sunt membra
ha. ex concilio, qua à collectis videntur videretur. Sed
eo fati visum est, varietatem indicare. Nam in concilio ipso
legitur, & sic in ultima Missæ celebratione, pro expur-
gatione sua corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Ch-
risti percipiant, quatenus ita inde innocentes se esse cla-
rant.

C. XXIV. ¶ Quicunque de adulterio accusatur,
probabili iudicio expurgetur.

Item in Saletutidensi concilio, c. 7.

Interrogatum est, si duo de adulterio inculpate
rint, & unus profiteatur, & alter negat, quid recte ge-
dum sit? Decretum est à sancto concilio, ut ille, qui pro-
fiteatur, probabili se iudicio expurgat, & qui profectus
tit, dignam poenitentiam agat.

C. XXV. ¶ Cum plures de adulterio accusantur, &
nec ceteros purgare voluerit, unus rei ha-
beat, si ipse in iudicio
ceteris.

Item in eodem, c. 14.

Statuit & quoque sancta synodus, ut si duo de ad-
ulterio accusati fuerint, & ambo negaverint, & ceteri
concedi, ut alter illorum utroque divino purgetur iudi-
si unus in hoc ceciderit, & ambo rei habeantur.

C. XXVI. ¶ Pro singulis Missa celebratur, qui
aliquo crimine accusantur.

Item in concilio Vormaciensi, c. 10.

SI f. Episcopo, aut Presbytero causa criminalis
est, homicidium, adulterium, furtum, & maledictio
imputatum fuerit, pro singulis Missam celebrare 1. Missa
& communicare, & de singulis sibi imputatis iuramen-
tem se ostendere. Quod si non fecerit, quinque
liminibus ecclesie extraneus habeatur.

1. ¶ Celebrare] In concilio, & apud Barchinensem
sequitur, & secretam publice dicere.

¶ Illud verò, quod Sixtus & Leo in fine sua purgationis
runt, ex eorum exemplo intelligendum est: exemplum enim
nisi altius noluerunt ceteris præscribere legem purgandi.

QVÆSTIO IV.

¶ Quid verò quatuor loci quareretur, ex
testimonio Episcopi si condemnandum, vel
rum auctoritate probatur. Sicut enim

a. Burch. l. 1. cap. 66. b. al. debent. c. Burch.
operi. l. 1. p. 17. cap. 17. d. Burch. l. 1. p. 17. cap. 17.
e. al. deciderit. f. Burch. lib. 2. c. 17. p. 17. cap. 17.
reddere.

geis iuam a legibus, ut Christus ad Iudeos [In lege b vestra scriptum est, quoniam duorum hominum testimonium verum est.] hinc consequenter contra eos arguuntur, dicens, [Si duorum hominum testimonium verum est, quare testimonium meum & patris non accipitis?] Item Paulus in epistola ad Corinthios c. [In eo dicimus vestrum haberi nunc verum.] Item in epistola ad Hebræos d. [Quia peractam legem Moysi duobus vel tribus testibus confirmata, sic iustitiam lapideatur c.]

C. I. § Qui testibus quisque clericorum convinci debeat.

Item ex concilio Bracarensi 2. c. 3.

Placuit, f ut si quis aliquem clericorum in accusatione & fornicationis impetit, secundum præceptum Pauli Apostoli duo vel tria testimonia requirantur ab illo. Quod si non poterit datis testimoniis approbare quod dixit, excommunicationem accusati acculator accipiat.

2 pars. Ex præmissis itaque colligitur, quod duorum, vel trium testimonium Episcopus conveniens, & damari potest. Perro Sylvester Papa in h. generali synodo respondens contra dixit.

C. II. § Qui testibus Episcopus, vel Presbyter, vel reliqui clerici sint convincendi.

Prefatus non damnabitur nisi cum i. lxij. testibus: nec pexul i. summus a quocumque iudicabitur, quoniam scriptum est & [Non est discipulus super magistrum.] Presbyter autem Cardinalis i. nisi cum xlv. testibus non damnabitur: Diaconus vero Cardinalis urbis Romæ, nisi cum xvij. testibus non condemnabitur. Subdiaconus, acolythus, exorcista, lector, ostiarius, non nisi septem testibus condemnabitur. Testes autem, & accutores sine aliqua sint infamia.

1. Nec prefatus summus. Ex concilio Romano sub Sylvestro, & ceteris loci indicant, (excepit Panormia) addita sunt hæc v. ad ver. Presbyter. At mirandum est de auctoritate gl'ia, qui putant Paulum Maximum minores testium posse condemnari, quam Diaconum Cardinalem, atq. ostiarium: cum tamen ipse Paulus a generali sacro prefatus nomine minimus esset excludendus.

C. III. § Episcopi non nisi lxvij. testibus convincendi sunt.

Item Leo quartus in epistola Episcopis Britannia.

Nillam & damnationem Episcoporum unquam esse censemus, nisi aut ante legitimum numerum Episcoporum (qui fit per duodecim Episcopos) aut certe probata sententia per lxvij. testes idoneos, qui tales sint, qui & accusate possint. Et prius ad sacra Christi quatuor Evangelia sacramenta præstent, quod nihil falsum deponant: sicut i. nobis beatus Sylvester tradidit, & Romana sancta videtur tenere ecclesia. Et si inter eos, quos damnandos esse dixerint homines, fuerit Episcopus, qui suam causam in præsentia Romanæ sedis Episcopi petierit audiri, nullus super illum definitivam præsumat dare sententiam: sed omnino eum audiri decernimus.

1. Sicut nobis hinc usq. ad distinctionem, ecclesia non legitur in epistola Leonis manuscripta: habentur tamen apud Romanos. Sed hoc vel specialis privilegium de clericis Romanæ ecclesie indultum, vel proprii improbitatem quorundam, qui cum non sui præstata, vult, & scientia, in accusationem ministrorum Dei repetit præsumit. Quorum verò vult adeo laudabilis est.

a. Iuan. 8. b. Dicit. 17. c. 2. Cor. 13. d. Heb. 10. e. al. lapidabitur. f. Borch. l. 1. cap. 202. Ivo par. 6. cap. 276. Panorm. l. 4. c. 97. g. al. macula fornicationis. h. in epistola concilio Romano, c. 3. i. al. in. k. Matth. 10. & Luc. 6. l. abest ab orig. m. al. lxvj. n. al. xxxvij. testibus. o. In cap. Hadriani, c. 72. In conc. Mogunt. 2. c. 12. c. l. 1. cap. 139. Panorm. l. 4. c. 97. Poly. l. 1. tit. 1. Dividit p. 3. Ivo p. 5. c. 116. Zephirin. epist. 1.

ut omnibus imitanda appareat, de quorum assertione nulla dilatio nasci poterit, eorum testimonio duorum, vel trium testium quilibet iure convinci & damari poterit.

QUESTIO VI.

Sequitur sexta questio, qua queritur, quo remedio causa vitiosa sublevetur: & si remedium illud sit dandum es, quæ causa dilations vocem appellationis exhibuerit. Causa vero vitiosa remediis appellationis sublevari poterit.

C. I. § Causa vitiosa remedio appellationis sublevari.

Unde Fabianus Papa ad Hilarium Episcopum, epist. 3. c. 3.

Liceat * appellatori vitiatam causam remedio appellationis sublevere.

C. II. § De eodem. PALEA.

[Idem paulo ante.]

Appellationem * non debet affligi ulla aut carceris, aut detentionis iniuriæ custodia.

C. III. § De eodem.

Item Anacletus Papa epist. 1. in fine.

Omnis b oppressus liberè sacerdotum (si voluerit) appellet iudicium, & a nullo prohibeatur: sed ab his fulciatur & liberetur. Si autem difficiles causæ, aut maiora negotia orta fuerint, ad maiorem sedem referantur. Et si illic facile discerni non poterint, aut iuste terminari, ubi fuerit summorum congregata congregatio, (quæ per singulos annos bis fieri solet, & debet), iuste, & Deo placite coram Patriarcha, aut Primate ecclesiastica negotia 2, & coram patris sacralia iudicentur negotia in commune. d

1. Congregatio. In vulgatis sequebatur, sub metropolitano: quæ soluta sunt, quia in nullo manuscripto, neque in originalibus habentur, & in frequentibus verbis exponitur, coram quibus sit habenda concilia.

2. Ecclesiastica negotia. In epistola legitur, Primate ecclesiastico, & coram patris sacralia, &c.

C. IV. § Quisquis pulsatus fuerit, Apostolicam sedem appellet.

Item Sixtus Papa epist. 2. omnibus rectoribus ecclesie scribit, dicens.

Si quis vestrum pulsatus fuerit in aliqua adversitate, licenter hanc sanctam, & Apostolicam sedem appellet, & ad eam, quasi ad caput, suffugium habeat, ne ipse innocens damnetur, aut ecclesia sua detrimentum patiarur.

C. V. § In gravissimis causis pulsati Apostolicam sedem appellant.

Item Grato 1 epistola prima.

Omnes f Episcopi, qui in quibusdam gravioribus pulsantur, vel criminantur causis, quoties necesse fuerit, liberè Apostolicam appellent sedem, atque ad eam, quasi ad matrem confugiant.

1. Grato. Sic est restitutum ex plerisque, vetustis (nam in vulgatis erat, Item Gregorius) quamquam in tomis conciliorum hæc epistola tribuitur Sixto secundo: illa vero, ex qua caput antecedit, Sixto primo.

C. VI. § Ab omnibus appellatur ad Romanam ecclesiam.

Item Marcellus Papa, epist. 1. ad Episcopos Antiochenæ provincie.

Ad g Romanam ecclesiam omnes Episcopi, qui voluerint, vel quibus necesse fuerit, quasi ad caput

* Et in decretis Sixti tertii, c. 3. Cod. Theo. l. 1. tit. de appell. in inter. l. 15. 2. Anselm. l. 2. c. 11. & l. 3. c. 11. Lib. 7. cap. 233. Borch. l. 1. c. 148. Panorm. l. 4. c. 121. b. Sixtus ibid. Poly. l. 1. tit. 7. Anselm. l. 2. c. 11. c. al. decerni. d. al. communi. e. Ivo p. 1. cap. 3. Anselm. l. 2. c. 8. f. Iulius Papa epist. 2. ad orientales, c. 2. Borch. l. 1. c. 144. Ivo p. 5. c. 277. Panorm. l. 4. c. 124. Anselm. l. 2. c. 12. g. Poly. l. 1. tit. 7. Anselm. l. 2. c. 7. Panorm. l. 4. c. 123. Iulius ibid. c. 4. In c. Hadriani 6. 6.